



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

47. Admonitio acerrima ad Regem Sin.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

quot ethnicorum ad Baptismum perductis frugiferæ. Præter culturam Neophytorum assiduam, sed pompa ac publico cauentem.

Nunc tempus mutandi prolixissimi argumenti, & suspiciendi cum multis sapientibus Sinarum, diuini arcanum consilij, cuius nutu in Sinas Tartarum subeunt, dum Euangelij præcones, & Christi lex ab autro extra Sinas à Rege pelitur, fuitque strages impressionis illius in regnum prior, imperij aditus quod subinde tentatum, paucis de-

^{45.}
Sinas Tartarum
ingr. dum
Christi lex
eiicitur.

nique ab annis Tartari occupatunt, magno Religionis veræ compendio. Certis enim ad nos perlatum est literis P. Ioannem Adamum Scial familiari vsum comitate qua dignabatur illum Tartarus Sinarum Imperator, impetrasse ex eo nostris vnde cumque gentium venissent, liberos in Regnum aditus, facultatem diuinæ legis promulgandæ, & edificandi Deo templa, nulli Mandarinorum iuri, potestate obnoxiam. Iam si velim belli huius causas, casusque persequi, vbique Sinenibus funestos, longè extra lineas iero, meque ab iis idcirco liberenter abstineo ne illos impugnem, qui longè ab iis diuersa scripserunt quos rerum gestarum habemus testes pæne oculatos, dumtaxat

^{47.}
Admonitio
acerrima ad
Regem Sia.

ex his libellum hic reddo quo Præses Senatus bellici, Sinarum Regem Vanlié conuenit anni 1618. Augusto mense, quod multa ex eo in præsens non parum faciant. [Hoc, aiebat, imperij vestri sexto & quadragesimo, Luna sexta, Scianscius tribunalis Pimpu Pechinensis hunc Regi libellum porrigit, occasione Tartarorum qui perfracto à Septentrione magno muro, in Leotum Prouinciam inundarunt. Terogat ô Rex quam demississimè ! vt rem tanti cures, ærarium sine mora pandas, militem conscribas, commeatum pares. Eam ob rem opus est vt noris quod Mandarini sub muro agentes Septentrionali, hoc mense me monent. Tartaros nimis tota illa Prouincia affixis palam programmatis edixisse, tantum sibi esse hominum & armatum quantum opus sit ad hunc orbem Sinarum subiugandum; diem quoque prælio dixisse, atque obiisse. Per apertum interea murum egiti nostros in effusam fugam, ingentem eorum cepisse numerum, tolque pridiè quam confligeretur sacrificasse, magnis vocibus Ducebam, Pechini Regem acclamantes. Dicit aliquot centena hominum millia; neminem ex iis non egregie armatum. Prodiere in pugnam ex nostris Ducec octo supra nonaginta: duo in iis supremi; militum millia trecenta, pugnatum, debellati Sinae, Ducec duodecim quadraginta petiere, alter ex duobus supremis; cæsorum numerus infinitus; capta multa millia; proculeati in fuga, & receptu ad mille, interfecti ex Præfectis Sexcenti; viciniores campo vrbes tres habitatoribus vacuas, eodem prælio occuparunt. Ad hæc tam funesta conuenimus Colaus & ceteri aulae istius Mandarini, consulti vna de vitando tam præsemi, & graui periculo. Videlur cœlum, dicere liceat, iratum nobis, pro hostibus stare, alioquin iis ad tantam nostrorum non fuisse stragam, nec primo impetu tres vrbes subegissent cœlo vindice

Ecc 3

id factum & mecum alij obseruant , nec obscurè loquuntur manifesta prodigia. Prouincia hæc Pechinensis , pluiax stillam anno proximo non tensit , cuius siccitatis insolentia incredibili stupore mortali siderauit. Vicinam Sciantunensem famis rabies adegit ad secundum humanis carnibus macellum. Nanchinensem talparum & murium vbique lues innumerabilis & improuisa infestavit; Pechini deæ de quinque partibus Regij tui palatij conflagravunt; turbinis globo urbem perulante , ditutæ turres quinque ; soles vidimus duos alterum alien superuenientem , sunt hæc omnia ominosa , sed ominosior ille in palatiū , parricidæ , ad occidendum Principem filium ingressus , tenique peregerat , nisi repente occursum malo eslet. Quod tamen ad nichil tam horrendum , clamorem altius tulerit Mandarinus , fidelitatem testem , eius fidei præmium accepit quod perduelli sicario debebat. Eum enim carcere damnasti , frustaque hastenus ad eum liberandum laboratum est à nobis quæ nostris precibus , quæ innocentia illius comprobatione ex quo nobis nimium constituit , te neque supplicum nec innocentia inculpatæ yllam habere rationem. Fatigatus praeterea tot libellis Proregum , dolentium australes , & aquilonates Prouincia tributorum oppresas mole in summis versati miseriis , querelis illorum surdas aures perpetuò dedisti. Surdas quoque tuis Mandarinis quietes supplicauit , in publicum exires & more maiorum ius dicere , ut regni tui administratio , cœli filium , qualem te dicimus minime dedecet. Respondisti enim valerudini tuae imbecillæ , hyemem non esse idoneam ; expectauimus dum annus mitesceret , primâque nostri anni Luna ver primum reueheret. Tunc tantum abest , ut verbo aliquo satisficeris eorum libellis , quin & acceptos in ignem conieciisti. Si tuo clausus palatio , edis , bibis , dormis , nihil pensi habens praeterea & quæ essent curanda potissimum non modo negligens , verum neque de iis moneri sustinens ; sed ab instantibus atque urgentibus auctent oculos. Hinc numerus cladum , hinc bella , & cœlum facit , ne pax omnino nos deferat , quod minari visus est fluminis summis palatiū peruidens dum pro limpido , ut solet , cruentus apparuit. Sed habet nos magis sollicitos quod ex Prouincia Sciansiensi , tercia Luna huc scribitur , terruisse illos spectrum hominis , veste crocea , pileo viridi , flocco in manibus plumeo passim vociferans. Regnat multos iam annos Vanlié in Sinas , regnandi tamen ignorat artem , manet in palatio , & stertit ; perit interea populus mala fame , Duces ferro hostili conciduntur , regnum omne in ruinam præcipitat. Conturbati homines vocibus Mandarini , & Protex , frustra mox illum vndeque regnunt ; ille monitione hæc defunctus , videri desit. Sed vates nimis retrax quas pati cœpimus calamitates designauit : denudo igitur etiam arque etiam te oro , moras ut omnes remedij amputes , aperto atrio largis stipendiis exercitum facias , nec modo grassantibus obsistas malis , sed eas celeriter obuiam grauioribus quæ nobis imminent .] Sic Piza

consili
gen v
klam
nitorib
nec iu
cometi
debus
matic
gem la
libris ,
Ho
parat ;
cit lex
timu
bellari
litatio
clla,
por,
mos. 4
tunen
te Pe
omni
verb
exhib
n ar
culpa
veluti
se que
volunt
tue,
toris
guib
tum
Cht
Franc
et in
pils
Cora
se ch
prof
decin
confe
Hinc
camp

consilij bellici , pro ea libertate quam Reipublicæ Mandarini erga Regem usurpant legum , & regni negligentem quantumvis illum cœli filium nuncupent , idemque Vanlié acerbius alias perstrictus est à minoribus Mandarinis , metuque ac minis ab eo abstitit , à quo illum nec iuris , nec boni ratio dimouebat . Subsecutus libellum Præsidis cometes ille ingens trimestri post , Nouemb . 10. anni huius 1618. dabus inde quindecim trabs in cœlo ignita , ductaque ex iis Mathematicorum præfigia Sinas tenuere magno terrore attonitos ; nec regem latebant qui totus erat in versandis consulendisque prædictionum libris , & Collegi sui Astrologis .

Hoc demum tam vario , ac tanto strepitu expurgiscitur Vanliè , bellum parat ; Martio anni consequentis , aduersus Tartarium , militum educit sexenta millia , pugnatur passim , dubio interdum , aduerso ut plurimum Marte . Donec totis virimque viribus commisso prælio , de bellati sunt Sinæ , refertque Vagnonius se audisse , tum multiplici veletatione , tum iusto & ultimo prælio ad trecenta millia Sinarum occisa , & in iis florem bellatorum ac Ducum , tantus alios inuasit stupor , vt dictarent Sinas ab equis Tartarorum vorati , & sorberi viros . Campi dominus Victor , præda & spoliis immensum auctus Leotunensem cepit Metropolim , urbes duas vicinas , igni dedit ; octo ferte Pechino leueis castra posuit ; eaque Regem trepidatione , ac rerum omnium desperatione obtutus ut cogitat in oculis populi per medium vibem aufugere , & iis metum palam suum exhibere , quibus nunquam exhibuerat maiestatem . Deterritus est ab eo proposito , quanquam ægre , ne arx imperij suo Rege orbata desereretur simul à Ciubus ; & cius culpa Tartaro cederet . Tunc versus ad cœlum , Mandarinis mutationem vestrum & cultus in luctum ; iciunium omnibus indixit ; testatus idem se quoque præstare , & sacerdotum ingenti numero parentari militibus voluit quorum in campo iacebant cadavera ; infelix animæ torquebatur . Erant Pechini tunc è nostris quinque in varia sciuncti , Salvatoris zedem seruabant fratres duo , cum Ricci sepulchro , quod ab vngabis Eunuchorum Doctor Paulus prosperè tutatus fuerat . Sacerdotum alterum habebat domi Nazarius è stirpe regia præstantissimus Christianus ; alterum cum fratre , insignis armorum Mandarinus . P. Franciscum Sanhriatum Doctor Paulus elegit hospitem , suo prorsus ex ingenio , & ardentissima fictum pietate . Agenti ergo cum illo scipiliis de sacra fidei propagatione succurrunt animo posse in Coria , seu Cotoao spe messis vberimæ sementem fieri ; nec fuit difficile ingeniose charitati conficiendi negotij modum inuenire : funesta illa pugna qua profligati sunt à Tartaris Sinæ , cæsa sunt Coriorum millia ferè duodecim sed nemo in fuga , nemo infami à tergo vulnere , omnes aduersis confecti pectoribus , & gradu quem obtinuerant pugnando cecidere . Hinc certò inuauit , ad hoc animi robur si ars accederet , & meditatio campestris militiaz , fore Corios bello Sinis decuplo meliores . Ad hoc

48.
Rex Sinar.
Vanliè de-
bellatur à
Tart.